Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 1051

Quelle:
Copyright:

te et dei ſapientia repletus. Qui uixit in ordine abbatatus annos quatuor et menſes quatuor. Quo defuncto ſurrexit in loco eius domnus marinus abbas ciuis neapolitanus, genere nobili ortus, uir uniuerſa morum honeſtate preclarus, uirtute abſtinentię preditus. uigilijs et orationibus ſemper intentus, cibo et potu parciſſimus, in augmentandis rebus monaſterij ſtrenuiſſimus. Qui ſedit in ordine abbatatus annos decem et ſeptem menſe uno dies duodecim. Cujus temporibus dedicata eſt magna eccleſia huius ſancti monaſterij officio epiſcoporum in honore ſancte dei genitricis marię et beati uiti cbriſti martiris. Anno dominice incarnationis M°. C°. L°. VIIII°. die quarta decima menſis iunij indictione VII. Qui cum multo tempore ualida infirmitate cotidie cruciaretur, tandem uenit ad obitum. Tunc fecit conuocari ad ſe omnes fratres. Quo cum omnes adeſſent, cepit ſe ipſum humiliare et unicuique ueniam petere oſtendens ſe omnibus culpabilem et rogans eos, ut ſibi miſericorditer indulgerent et ueniam tribuerent. Quod ita factum eſt, ut ipſe petijt, orantibus omnibus pro eo et abſolutionem ei facientibus. Ipſe quoque ſimiliter fecit omnibus orans pro eis et abſoluens eos. Quo defuncto orta eſt contentio inter nos de ſepultura eius, eo quod ſepulcbrum uacuum non eſſet, ubi ſepeliri deberet, et nouum non erat qui faceret. Quod cum multum inde beſitando boc et illud inter nos diceremus, dixit quidam frater: Leuemus oſſa domni placidi et domni martini de eorum ſepultura et reponamus eum ibi. Quo dicto placuit omnibus et quieuerunt a muſitatione, deponentesque eum bonorifice ut decebat ſepeliuimus. Cumque ſepultus eſſet, fratres tulerunt oſſa prephatorum fratrum domni placidi uidelicet et domni martini, et ſubtus ipſum campanarium inboneſto loco inboneſte collocarunt. Factum eſt autem poſt bec, ut ipſi ambo pariter per uiſionem apparerent cuidam leoni clerico qui eos de ſua ſepultura leuauerat, minantesque ei dicerent: cur auſus fuiſti nos de noſtra trabere babitatione? Et quod peius eſt de monaſterio eicere? Quod ſi foras nos eieciſſent ſicut facere uolebant, monaſterium omne deſtrueretur, et tu non euaderes cęleſtem uindictam. Quod cum expergefactus tremebundus narraret, ceperunt etiam et alij bujus loci bomines dicere ſimilia ſe per uiſionem uidiſſe. Quod nos ſtatim ut audiuimus timore omnes perculſi ſumus. Initoque conſilio albis induti perreximus omnes ad eundem locum cum luminaribus et thimiamatibus, elevantesque eos inde deportauimus in eccleſiam orantes et pſallentes, omnesque etiam campanas ſonantes cum magno gaudio et letitia reposuimus eos in eccleſia ſuffraganea in fundamento abſide maioris a parte meridiei offerentes deo ſacrificium pro eis. Et ibi manent usque in bodiernum diem. Fuerunt enim bi duo fratres bene religioſi in uita ſua. Virtute abſtinentie prediti bumiles obedientes, bonisque operibus optime redimiti. Quorum uitam et operationem nos ſequentes credi-

mus